

tenebræ, sed uiuificat terram, sicut acci-
dens pluuia & terre, sicut duo tertia, &
tertium combustum, & congregata est
in illa prima, sicut uides eius imaginem
depictã, nec est in aperto quod reman-
sit. Sera & sera, infra seram, clauis ei u-
na existit, uilis radicis, & id quod in o-
peratione proijcitur ignorando, minus
est uilius. Conferte figuras expositioni,
non enim habemus imaginem præter
picturam. Videns hanc, habet conside-
rationem & discretionem clauis, nem-
pe Solem radiantem cum iustitia, & nõ
cum iniustitia.

Hoc carmen sequitur expositionem
figurarum eius, & imaginum uerbis
planis & manifestis, licet prolongetur
ex repetitione dictorum. Alterum est i-
gnis quietus, & est terribilis, forma eius
gloriosa. Congelatum autem est eadem
aqua, tamen est congelata, & aqua cur-
rens est mater congelati, & ex ea est &
fuit foemina, & iste masculus.

Dixit iterum Maria. Aqua quã iam
memorauit, est rex de coelo descendens,
& terra cum humore suo suscepit eum,

B

&